



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

7. De translatione Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Translat. Episcopi, Tit. VII. 137

quod postulato auferatur, considerabile est, nec in eius persona radicatum, sed a mera superioris voluntate dependens, unde priuatio illis præiudicium non infert considerabile, vt colligitur ex l. vlt. ad fin. C. de codicill. resoluunt Padil. in l. 3. C. de iuris & facti ignor.

Variare.] Notatur ad hoc quod variatio maxime in alterius præiudicium reprobata est, vt per Mandos. conf. 18. n. 9. Put. decis. 193. n. 1. lib. 3. nam ridiculum est, & puerile hodie concedere, & cras poenitere, Rota decis. n. 18. de prebend. in antiq.

S V M M A R I V M.

1. Electione cassata propter simoniam etiam sine culpa electi non dispensat Episcopus ea vice cum cassato, secus si electus liberè resignauit.
2. Simonia committitur in electione, seu resignatione per dationem consanguineorum, electo, vel resignatario ignorante.
3. Simonia è electi per dationem consanguineorum ad illud beneficium obtinendum inhabilis sunt.
4. Dispensare Episcopo non conceditur, vt quis habeat dignitatem, ubi fuit commissæ simonia, secus in beneficio simplici.
5. Beneficium per simoniam acquirens censetur ad illud inhabilis, nisi dispensationem obtineat.

C A P. Si alicuius. LIX.

Electione cassata alicuius Prælati ob simoniam, etiam electo ignorante, non dispensat Episcopus pro ea vice. Potest tamen dispensare cum eo, qui liberè resignauit simplex beneficium, quod simoniacè, sed ignoranter recipit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Anch. Io. Andr. Imol. Anan. Hoff. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Dec. Compost. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 152. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 58. remissuè Ximen. in concord. p. 1.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. definit Bonac. de simon. disp. puncto 2. diff. 2. n. 1. & 4. vers. ex quo sequitur.

2. *Eo ignorante, ac ratum non habente.*] Notatur ad hoc quod simonia committitur in electione, seu resignatione per dationem consanguineorum, electo vel resignatario ignorante, ita vt sit priuatus ipso iure, & teneatur cedere beneficio ubi primum sciuerit, fructusque etiam bona fide non consumptos reddere, Abb. nor. 1. & 2. Sarnen. de trien. q. 12. col. 4. & vlt. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 45. in 4. Con. in reg. peccatorum, p. 2. §. 8. n. 6. vers. sic qui Flam. de resign. lib. 1. q. 7. n. 37. intendit Nic. Garc. de benef. p. 8. c. 1. n. 8. & 9. vbi n. 56. per hunc text. resoluunt huiusmodi simoniacos inhabiles esse ad illud beneficium obtinendum, & citat Vgolin. de simon. ab. 4. c. 6. §. 6. n. 2. Lessl. de iust. lib. 1. c. 35. n. 129. Soar. de relig. tom. 1. tr. 3. lib. 4. de simonia, c. 58. n. 9. Bonac. de simon. q. 7 p. 2. diff. 2. n. 1.
4. *Quamvis circa eum, &c.*] Notatur ad hoc quod non permittitur Episcopo dispensatio, vt quis habeat dignitatem ubi fuit commissæ simonia, secus in simplici beneficio, vt per Cosm. in pragmat. sanction. tit. de de electione, verbo, perpetuo, pag. mibi 106 is enim, qui per simoniam beneficium acquisiuit, censetur ad illud inhabilis, nisi dispensationem obtineat. Valer. Regin. in praxi fori pen. lib. 2. §. n. 176. in fine.

S V M M A R I V M.

1. Electoribus impeditis currit tempus si possunt impedimentum tollere.
2. Tempus patrono præstitutum ad præsentandum non currit ignorantibus.
3. Mora purgatio non admittitur, cum quid sit ipse iure.
4. Mora non purgatur, quando res non est integra, & ius alterius factum est deterius.

C A P. His quibus. LX.

Electoribus, qui debent petere licentiam ad eligendum, currit tempus statutum à Canone si sint in mora postulandi licentiam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Innoc. Anch. Bella. Hoff. Io. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Felin. Butr. Compost. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 153. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 58. remissuè Ximen. in concord. p. 1.

Ex quo in mora fuerint.] Notatur ad hoc quod tempus patrono præstitutum ad præsentandum non currit ignorantibus, vt per Tiraq. de retractu lig. 8. §. 3. gloss. 4. n. 7. cum aliis citatis per me ipsum de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 7. n. 124.

In gloss. fin. ibi, in hoc casu nocet mora.] Notatur ad hoc quod moræ purgatio non admittitur cum quid sit ipso iure, vt per Tiraq. in l. si unquam, verbo, reuertatur, n. 310. de reuocand. donat. Et mora non purgatur quando res non est integra, & ius alterius factum est deterius, Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 47. n. 3. post Greg. Lop. Menoch. & alios ita resoluunt Pichard. in disp. de mora, num. 118.



De Translatione Episcopi.

TIT. VII.



SUPER hanc rubric. scripserunt. Zabarel. Bellam. Bald. Io. Andr. Imol. Anan. Panorm. Dec. Butr. Petr. Alph. de Vasconcellos in harmonia rubric. Petr. de Rauenna in comp. iur. Can. Mart. Mesnart. in epitome Decret. fol. 13 verso. Guillelm. Durand. Specul. in breuiario aurore in Can. fol. 16. Dan. Venat. in analysi methodica Pontific. a pag. 47. Goffred. & Hoff. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barth. Carth. in expos. titulum iuris Canon. Zypæ. in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. sub eod. tit. pag. 44. nouissime Io. Honor. lib. 1. sum. in Decret. Casar. in erotom. iuris Canon. Canis. in summa eiusdem iuris, omnes sub hoc tit. & Andreas Vallenfis in suis comment. supra Decret.

De materia huius tit. tractant Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. de translatione, Canis. in sum. iur. Can. lib. 1. tit. 15. de translatione Episcopi, Rebuff. in tr. de pacificis possess. n. 56. Flam. de resign. lib. 6 q. 4. n. 5. Cald. Pereira de potestate eligendi c. 4. n. 29. Valer. Regin. in praxi fori pen. lib. 3. tract. 1. n. 256 cum Rota decis. 473. apud Farin. p. 1. recent.

S V M M A R I V M.

1. Patriarcha qui confirmatum in Archiepiscopum transfertur ad Sedem Episcopalem ab Episcoporum confirmatione suspenditur.
2. Reversata, quæ Sum. Pont. & Sedi Apost. in iure reperiuntur, reviviscunt.
3. Episcopatum sedium, & Episcoporum mutationes nullus potest admittere, vel confirmare nisi Summ. Pontifex.
4. Episcopus ad alium Episcopatum translatus non potest secum asportare libros, ornamenta, & argentaria, quæ ex redditibus prioris Episcopatus acquisivit.
5. Translatus de una Ecclesia ad aliam, quando desinat esse Episcopus primæ, ostenditur.
6. Electus si post confirmationem renuntiaverit, tunc nullo modo possunt eligentes ad novam electionem procedere.

CAP. Cùm ex illo. I. Innoc. III.

- P**atriarcha non potest transferre Archiepiscopum ad Episcopatum sub pena suspensionis ab Episcoporum confirmatione, solus enim Papa potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Innoc. Panor. Host. Bald. Butr. Anch. Henric. Boich. Vin. in rationali primi libri iuris Pont. pag. 144. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 16. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. coll. 3. Decret. lib. 1. tit. 5. c. 1.
2. Maiores Ecclesie causas ad Sedem Apost. perferendas.] De his, quæ Sum. Pont. & Sedi Apost. in iure reperiuntur, tractavi de officio, & potestate Episcopi. p. 3. alleg. 50. a. n. 1.
3. Translati omnes Episcoporum, & sedium mutationes.] Notatur ad hoc quod mutationes sedium Episcopatum, Episcoporum nullus potest admittere, vel confirmare nisi Papa. Ego ipse d. alleg. 10. n. 5. Valer. Reginald. in praxi fori pen. lib. 30. tr. 1. n. 257. Illud in presenti admittendum duxi quod si Episcopus etiam inuitus, suadente tamen iusta, & rationabili causa, fuit per Sum. Pont. translatus ad alium Episcopatum, & in priori Episcopatu de redditibus Episcopatus emerit sibi libros, & ornamenta, & paramenta multa, & argentaria, & similia, non potest illa asportare secum ad Episcopatum, ad quem transfertur, sed illa remanere debent penes primum Episcopum, Barbar. vol. 1. conf. 10. n. 11. vers. Et vidi hoc anno, ubi dicit ita se consuluisse, & consilium tale fuisse confirmatum per Doctores solemnes, fructus tamē iam perceptos & res mobiles non pretiosas ex fructibus primi Episcopatus acquisite posse Episcopum translatum de uno Episcopatu ad alium secum deferre, tenet D. Barbosa in l. divorzio, in princ. p. 2. n. 52. ff. solui. matrim. Verum verò translatus de una Ecclesia ad aliam designat esse Episcopum primæ, ubi primum à Papa ab illius vinculo absolutus fuit, an verò post adeptam secundæ possessionem? questio est dubia, in qua statim post translationem absque illo consensu perdere iura primæ Ecclesie censuit Rota decis. 475. apud Fayin. p. 1. recent. & super hoc habemus modernam declarationem in hæc verba: Die 14 Decembris 1624. Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium negotiis Episcoporum præposita S. D. N. approbante censuit Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvitur in Consistorio Sanctissimæ Suae, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem

secundæ Ecclesie. Et postea quam huiusmodi absolutio-
nis noticiam Episcopus habuerit, etiam ex testimonio, seu
documento Secretarii sacri Collegii illico reveri eum abstinere
exercitio Ordinaria iurisdictionis, eamque transire in
Capitulum tanquam Sede vacante, & ita posse, & de-
bere Capitulum statim ea iurisdictione uti, ac Vicarium,
iuxta Trid. Concil. præscriptum eligere, Sedemque vacan-
tem publicare, refert me citato in hoc loco Maslob. in pra-
xi habendi concursum req. 1. dub. 9. secundum Roman.
impress.

Miramur, &c.] Notatur ad hoc quod electus si post
confirmationem renuntiaverit, tunc nullo modo pos-
sunt eligentes ad novam electionem procedere, ut per
Boët. decij. 2. n. 48.

S V M M A R I V M.

1. Electos in Episcopos, & confirmatos transferre potest solus Papa.
2. Consecrationis munus à Metropolitanis accipi debet.
3. Episcopi deponi, privari, aut condemnari non debent nisi à Sum. Pont.
4. Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet.
5. Coniugium spirituale contrahitur inter Ecclesiam, & Episcopum.
6. Episcopi sunt de iure divini.
7. Transferri de una Ecclesia ad aliam potest quis inuitus.
8. Episcopus electus, & confirmatus, etiam si nondum consecratus Episcopus sine Papa licentia renuntiare non potest.
9. Legem extendere licet ex identitate rationis.
10. Simile non est idem, nam regula de similibus idem est iudicium habendum, procedit quando omnia sunt convenientia similia.
11. Vidua quasi dicitur illa, viduarumque privilegiis fruitur, quæ habet virum inutilem.
12. Nullum, & inutile equiparantur.
13. Maritum non habere, vel inutilem habere, paria sunt.
14. Lex si voluisset, expressisset.
15. Lex id noluisse præsumitur, cum facile id exprimere potuisset, nec expressit.
16. Casus omissus à Canone pro omissis habetur.
17. Prohibitum nonnunquam intelligitur, quod non inveniatur concessum.
18. Delicta nonnunquam dignitate augentur.
19. Nobiles quam ignobiles gravius sunt puniendi.
20. Confessio mitius punitur.
21. Simplicibus est parcendum.
22. Episcopi sunt successores Apostolorum.
23. Probatio qualibet debet de necessitate concludere.
24. Dicta de uxore prorogantur ad sponsam.
25. Concessa omnia intelliguntur, quæ non sunt expressè prohibita.
26. Electus in Episcopum ante confirmationem potest renuntiare sine Papæ licentia.

CAP. Inter corporalia. II.

Translatio, depositio, cassatio ab Episcopatu spe-
ctant ad solum Papam; idem dicendum est de
electo & confirmato, licet non fuerit consecratus;
non potest enim deiici ab Ecclesia per Metropolita-
num, nisi in casu, quo post sex menses à die confir-
mationis sua negligentia non fuerit consecratus, tunc
enim deiici potest à Metropolitanis, non tamen ad
aliam Ecclesiam transferri, quia illud est à Papa con-
cessum Archiepiscopis, hoc verò non. Qui contra
faciunt suspenduntur à consecratione, & confirma-
tione

tionem Pontificum, Episcopi ab executione Pontificali, deinde quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccantur datur eis venia. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anch. Bald. Bellamer. Host. Ioan. Andr. Innocent. Imol. Anan. Panor. Butr. Henric. Boich. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontifici. pag. 245. Alagon. in compend. iuris Canonici, pag. 84. remissimè Ximen. in co. cord. pag. 1. & 2. re- fertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 5. cap. 2.

2. *Metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt.* Vide per me dicta de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 1. c. 5. n. 5.

3. *Non possunt nisi per Rom. Pont. condemnari.* Notatur ad hoc quod Episcopi deponi, priuati, aut condemnari non possunt nisi a solo Rom. Pont. Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 6. in fine, & sess. 24. de reformat. c. 5. Sbrozz. de Vicario Episcopi, l. 2. g. 9. n. 1. & alij per me citati de officio & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 112. à princip. ubi n. 8. in fine noto cum Felin. in c. non potest, n. 7. inf. de sentent. & re iud. omnia iura, in quibus legitur aliquando Episcopos fuisse damnatos ab inferioribus à Papa, loqui aut de iure antiquo, aut ex commissione ipsius Papae.

4. *Cum fortius sit spirituale vinculum, quam carnale.* Notatur ad hoc quod valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, Eu. rard. in topicis, loc. 33. Cantuinc. in 23. speciale loci à simili, Hyppol. sing. 215. incip. *validum est.* Thom. de Thomassetis in floribus legum, reg. 51. Gom. l. 29. Tauri, num. 14. Vincent. de Franch. Neap. decis. 49. num. 2. par. 1. Palat. in r. per. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 1. n. 3. Sarm. de redditib. par. 4. cap. 6. num. 11. Boët. decis. 1. num. 18. Viui. Neapol. decis. 215. num. 39. lib. 2. Mench. illustr. cap. 25. num. 20. Menoch. de praesumpt. lib. 4. quest. 87. num. 1. quest. 189. num. 90. & conf. 245. num. 8. Gutier. in repet. c. quamvis pactum, verbo, dum nupti tradebatur num. 1. de pactis, lib. 6. Ioseph. Sella Aragonia decis. 45. num. 24. & decis. 171. num. 2. Bened. Egid. in repet. l. Titia, p. 1. quest. 53. ff. de cond. & demest. & in repet. l. 1. C. de Sacros. Ecclesiis, p. 4. §. 2. num. 40. Card. Tusch. tom. 1. lib. A. concl. 506. num. 2. & concl. 507. num. 18. Cened. pract. & canoniarum quest. ib. 1. g. 35. 12. Mar. Anton. Genues. in practica. Ecclesiasticis, q. 138. num. 2. & q. 261. num. 2. & q. 788. num. 1. Francisc. Molin. de viru nupti lib. 2. differt. 5. n. 20. & differt. 7. num. 69. & l. 1. g. 99. n. 1. late ego ipse in tract. de locis communib. argument. iuris loco 70.

5. *Spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam.* Probat text. matrimonium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam contractum, Christum Dominum suo iudicio reservasse, sicut & carnale, atque matrimonium carnale factum fuit indissolubile per dispensationem, iuxta illud Math. 19. quos Deus coniunxit, homo non separet, ergo & spirituale; cuius tamen contrarium dicere videtur text. in presenti. Propter quam difficultatem, & obscurissima huius text. verba aliqui iurisperiti dixerunt posse Pontificem dispensare in matrimonio consummato, ex quo- rum numero sunt Soc. conf. 28. col. pen. vol. 1. Cagnol. in l. actus qui ff. de regul. iuris num. 4. Bald. in c. lator, de re iudic. Sylu. nupti p. 10. Ioan. Andr. in reg. actus legi- timi, de reg. iuris lib. 6. Dec. in cap. qua in Ecclesiis col. 5. de constitut. Gra. conf. 1. num. 21. vol. 2. qui om- nes arbitrantur matrimonium consummatum dissol- ui posse à Summis Pont. quasi tunc non homo sepa- ret à Deo coniuncto, sed ipse Deus, parum enim re- fert, ut inquit D. Bernard. lib. de dispens. & praep. col. 4. an nobis Deus suam voluntatem exponat per seipsum, vel per suos Angelos, aut per suos Vicarios

Sed clare decipiuntur; nam qui homini potestatem denegavit separandi sic à Deo copulatos, Pontificem Maximum excludit quod homo est, & ideo contra eos verior est sententia, & communis Doctorum opi- nio, quos refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 14. Nec obstat huic veritati text. in presenti, quia ommissis Doctorum interpretationibus respon- dendum videtur per illa verba, quos Deus coniunxit, &c. reservasse Christum Dominum sibi solutionem Matrimonij spiritualis non in sensu literali, constat enim de matrimonio carnali agere, sed in sensu morali, qui sensus licet in Sacra Scriptura à Spiritu san- cto intentus sit, non tamen facit argumentum efficax ad probandum aliquid esse Legis divinae obligatoriae: solent enim Summi Pont. uti sacrae Scripturae testi- moniis in sensu morali ad propria decreta confir- manda, ut patet in materia pluralitatis beneficiorum, ad probandum enim aliquem, non posse habere duo beneficia adducunt verba Pauli, oportet Presbyte- rum esse unius uxoris virum, & Christi, nemo potest duobus dominis servire, quae verba in sensu literali longe aliud significant: sic in Extrau. Vnam Sanctam inter communes, de maior. & obed. Bonifac. VIII. ad- ducit verba Christi de duobus gladiis in sensu morali ad summam potestatem stabiliendam, cum literalis aliud esset, ut sacri Doctores in eundem locum expli- carunt, probat latissime Alph. à Castro lib. 1. contra haereses cap. 5. S. Thom. part. 1. q. 1. art. 10. quod princi- pium oportet memoria retinere ad varia nostri iuris capita declaranda; cum agitur matrimonium spiri- tuale non sit reservatum lege divina in sensu literali ipsi Christo, ut carnale est, non mirum si illud Sum- mus Pont. facile dissolvit, non verò carnale. Nota- tur ad hoc quod inter Ecclesiam & Episcopum con- iugium spirituale contrahitur, ut per Azor. institut. moral. p. 2. lib. 3. cap. 29. quest. 3. vers. questio igitur est, Valer. Reginald. in praxi fori panit lib. 30. tract. 3. n. 57. late & eleganter Sebast. Caf. de Eccles. hierarchia part. 1. disp. 6 de Episcopis §. 2. num. 24. ubi intelligit hoc esse per quandam similitudinem ad matrimonium car- nale; nam comparatio illa cum matrimonio non est per convenientiam vniocam, sed per quandam pro- portionalitatem, & ideo necessarium non est ut in omnibus proprietatibus aequalitatem, aut similitudi- nem teneant.

Quam institutione divina. Adverte quod Episcopi sunt de iure divino, sicut etiam Episcopalis dignitas, eiusque iurisdiclio vi ordinaria, & ex officio conside- rata, saltem in generali; si verò sumatur in particu- lari, pro ut scilicet in hoc, vel illo subiecto respectu horum, vel illorum subditorum, non est de iure di- vino, nec ab eo habet certos iurisdictionis gradus, qui augeri, vel minui nequeant, sed totum pendet à Summo Pont. per quem idem munus immediatè ha- betur in particulari, & à quo ipse iurisdiclio im- mediatè conceditur, & derivatur; colliges haec ex Con. in reg. possessor p. 1. §. 9. à num. 6. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. quest. 15. Ludou. Miranda de Ordine ind. quest. 2. art. 5. Soar. 4. de Penit p. 2. disp. 25. sess. 1. à numero 6. Card. Bellarm. de controvers. Christia- na Fidei, tom. 1. controvers. 3. generali lib. 4. de Romano Pont. c. 24. Valent. tom. 4. disput. 7. q. 10. puncto 2. pag. 2. col. 1. & aliis citatis per me de officio, & potestate, Episcopi, p. 1. tit. 1. cap. 1. numero 8. Scribon. in thesima de Ordine disput. 6. S. bast. Caesar. dist. disp. 6. §. 4. ex num. 9.

Suo tantum iudicio reservaverit dissolvendum. Notatur ad hoc quod vinculum quo Episcopus ligatur suae Ecclesiae iure divino & naturali indissolubile esse, ut per Valsq. in 3. p. tom. 3. disp. 241. cap. 1. §. 5. M 4 Verum

- Verum iure tantum humano, seu Pontificio esse tenent Card. h. c. n. 1. & 3. Imol. n. 2. & Abb. n. 2. & 4. Mai. in 4. dist. 389. q. 7. art. 2. Petr. de Ledesma de Matrim. q. 3. art. 3. post concl. 3. vers. sed ut hac, Sanch. de Matrim. l. 7. disp. 29. num. 1. 3. Soar. de Relig. tom. 3. l. 1. c. 16. per tot. quos refert, & sequitur Sebast. Cæf. in relect. de Ecclesiast. Hierarchia p. 1. disp. 6. de Episcopis § 2. ex n. 17. ubi plura pro hac parte refert fundamenta, & tandem n. 15. respondet prædicta verba huius text. explicanda esse per alia, quæ inferius subduntur, videlicet, non enim humana, sed potius diuina potestate coniungum spirituale dissoluitur, cum per translationem, depositionem, aut cessationem, auctoritate Romani Pontificis, (quem constat esse Vicarium Iesu Christi) Episcopus ab Ecclesia remouetur: ergo eo modo quo dissoluitur illud vinculum auctoritate diuina, eodem modo vinculum factum est indissolubile auctoritate diuina, id est, auctoritate diuinitus data Vicario suo: nam sicut Deus soluit per suum Vicarium, ita per eundem reuertit, in quo sensu explicant Doctores verba alia huius text. ibi, illa tria sunt reservata Rom. Pont. non tam constitutione Canonica, quam auctoritate diuina, quia ipsa constitutio Canonica in auctoritate diuina fundata est.
7. *Suum non debet Ecclesiam derelinquere.* Ex causa tamen potest quis iniunctus transferri de vna Ecclesia ad aliam, ut per Flamin. de resign. l. 3. questione 18. num. 14.
8. *Et sic electus & confirmatus.* Notatur ad hoc quod Episcopus electus, & confirmatus, etiam si nondum consecratus Episcopatus sine Papæ licentia renuntiare non potest, ut per Sanch. in præcepta Decalogi t. 1. l. 4. c. 17. n. 6. Soar. tom. 3. de Relig. l. 1. c. 20. n. 1. Barthol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum novis disp. 2. dub. 3. n. 5. Valer. Reginald. d. l. 30. nr. 3. tom. 3. 1.
9. *Propter expressam tamen similitudinem, & identitatem.* Notatur ad hoc quod licet extendere legem ex identitate rationis, ut per Villag. in tract. de extensione legum præl. 2. 2. Guttier. præl. l. 3. q. 17. à num. 75. Surd. conf. 502. n. 14. & 22. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n. 33. ad fin. & de empt. & vend. c. 1. n. 7. Card. Tusch. tom. 6. lit. R. concl. 31. & 32. Rebello de oblig. iustitie, p. 1. l. 1. q. 6. sect. 3. n. 12. & sect. 4.
10. *Cum de similibus idem iudicium sit habendum.* Quamvis simile non sit idem, gloss. in l. quod Nerva, & ibi Bart. ff. de positi, l. ad similitudinem, C. de Episcopis, & Cleric. Bertazol. de clausulis instrum. claus. 27. gloss. 12. num. 1. Acac. Anton. ad l. 5. num. 70. ff. de condit. & demonstr. Ferrer. in constitut. Cathalonie, gloss. 7. num. 10. tamen de facili transit in idem, Card. Tusch. tom. 7. lit. S. concl. 147. num. 2. quando per omnia sunt conuenientia similia, vel saltem conueniunt in hoc de quo agitur, Thom. de Thomassetis in floribus legum, reg. 43. Brun. à Sole in locis commun. verbo, argumentum 4. Bertazol. in repet. l. si quis maior, Cad. de transaction. num. 761. secus verò quoties diuersa decidendi ratio datur, Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 2. n. 26. Vel quando non probatur similitudo in eo, de quo agitur, Soc. reg. 47. Surd. de alimentis, tit. 9. quest. 1. num. 7. Scraphin. de privilegijs iuram. priu. 74. num. 103. & segg. etiam data parua similitudine, Bertazol. in repet. d. l. si quis maior, num. 762. Mar. Antonin. variar. l. 3. resolut. 39. num. 34.
11. *Inutilem.* Notatur ad hoc quod quasi vidua dicitur, viduarumque privilegijs gaudet mulier, quæ habet virum inutilem, ut per Tiraq. l. 6. connub. gloss. 1. part. 6. num. 2. Azened. l. 1. num. 7. tit. 3. lib. 6. & l. 9. num. 10. tit. 3. lib. 4. vnde recipit. Vincent. de Franch. decis. 100. num. 18. Curi. Philip. p. 1. § 9. num. 13. Surd. de alimentis, tit. 1. q. 44. num. 67. Sigism. Scac. de appellat. quest. 7. num. 116. Perez de Lara de capellanis & ammissis. lib. 1. cap. 21. num. 36. Bobadil. in sua politica lib. 1. c. 11. num. 17. Bernard. Muscatel. in praxi aurea Ciuili, verbo, competens, num. 71. Nullum enim & inutile æquiparantur, Cald. Pereira 12 de nomin. emphyteusis, quest. 12. num. 19. & varia sunt 13 non habere maritum, vel habere inutilem, Palat. in repet. rub. de donat. inter virum, § 70. num. 29. & 30. Cou. præl. c. 7. n. 2. vers. est. D. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. n. 47.
- Poterat expressisse.* Notatur ad hoc quod si lex 14 voluisset, expressisset, l. vnic. §. fin. autem ad deficientis, C. de caducis tollen. l. si seruus §. Prator ait, vers. non dixit, ff. de acquirend. hered. cum aliis citatis per Tiraq. in l. si unquam, verbo liberis, num. 3. C. de renouandis donat. Menoch. conf. 1. num. 178. & conf. 140. num. 4. Surd. decis. 88. num. 4. & decis. 322. num. 22. & conf. 245. n. 45. vol. 2. Guttier. præl. l. 2. q. 12. num. 7. Gonzalad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. n. 3. & gloss. 42. n. 11. Cardof. in praxi indic. & Aduocat. verbo, lex, num. 28. Card. Tusch. tom. 8. lit. V. concl. 89. num. 5. Mar. Anton. var. 1. resolut. 1. num. 10. lex id noluisse præsumitur cum facile id ex 15 primere potuisset, neque expressit, Menoch. conf. 30. num. 8. Armendar. in præc. additionum ad recopil. l. 1. gum Nauarra. num. 150. Nam casus omissus à Canone 16 pro omissio habetur, Tiraquel. de iure primog. part. 40. num. 194.
- Præsertim cum nonnunquam intelligatur prohibitum quod non inuenitur concessum.* Vide D. Barbol. in l. cum Prator, §. 1. n. 93. ff. de iudicijs. Metipsum in tract. de Axiom. iuris vsufrey. Axiom. 193. n. 7.
- Tanquam maiores plures exercebant.* Notatur ad hoc 18 quod delicta nonnunquam dignitate augentur, ut per Tiraq. de nobilit. c. 20. num. 116. cum segg. Vnde nobiles 19 grauius puniendos esse probat text. in l. omne delictum, §. augetur, ff. de re militari, c. homo, ubi gloss. 40. dist. Mexi. in tract. rassa panis, concl. 6. n. 22. Spin. in speculo testam. gloss. 16. à n. 72.
- Confessione.* Notatur ad hoc quod mitius punitur 20 confessus, ut per Tiraq. de penis temperandis, c. 20. à princip. nam stante spontanea confessione pena minuitur, Ozafo. decis. 60. n. 8. Gabr. de malefic. concl. 19. num. 7. Bertaz. conf. 450. vol. 2. crimin. quos refert & sequitur Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 3. resolut. 35. num. 2.
- Ex simplicitate.* Notatur ad hoc quod simplicibus 21 est parcendum, ut per Tiraquel. de penis temperandis, c. 11. num. 2. cum sequentib. Palat. in allegat. heredis, §. 4. num. 4.
- In gloss. Vicarium, ibi, Successores sunt Episcopi aliorum Apostolorum. Vide circa hanc successionem quæ refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 1. c. 1. n. 31.
- In gloss. Nullus, ibi, Ergo non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. Notatur ad hoc quod probatio quælibet debet de necessitate concludere, ut per Mascard. de probat. concl. 671. num. 11. Brunor. à Sole in locis communib. verbo, probatio, n. 10. Morla in imperio iuris, p. 1. tit. 1. in prælud. n. 51. Aldouin. conf. 44. num. 6. & conf. 51. num. 18. Card. Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 765. Metipsum & Axiom. 91. n. 2.
- In gloss. Sic & electorum, ibi, Quod dicitur de uxore, prorogatur ad sponsam. Vide Tiraq. de iure mariti, gloss. 1. metipsum de appellat. verbor. utriusque iuris sing. verbo Uxor.
- In gloss. Non inuenitur, ibi, Omnia concessa intelliguntur, quæ non sunt expresse prohibita. Vide Alciat. resp. 8. num. 19. Bursat. conf. 110. num. 27. lib. 1. Burg. de Pace conf. 8. num. 1. Bertaz. in tract. clausularum instrument. claus. 2. gloss. 1. num. 5. Brunor. à Sole in locis communib. verbo, prohibita 1. Bobadil. in sua politica, lib. 3.

De elect. & electi potestate, Tit. VI. 141

l. 3. c. 4. n. 44. Marc. Anton. *variarum resl.* l. 1. res. 41. n. 6. Et in dubio facienda est interpretatio, ut actus censetur permissus, quando non reperitur prohibitus, Anch. *conf.* 344. Aym. *conf.* 103. n. 2. l. 1. Menoch. *de presumpt.* l. 6. q. 16. n. 2. Mascard. *de probat. concl.* 1237. num. 2.

26 In gloss. *Confirmatus*. Notatur ad hoc quod electus in Episcopum in manibus eligentium iuri suo potest renuntiare ante confirmationem sine Papæ licentia, Rot. *dec.* 8. n. 3. *de iurepatr. in nouis*, Flam. *de resig.* l. 7. q. 1. n. 78. tenent omnes in præsentia, præcipue Ioan. Andr. n. 25. Imola n. 16. Butr. n. 37. Panor. n. 17. Boer. *dec.* 2. n. 47. *vers.* item hoc, Rendina in *promptuario recepti sent.* tom. 1. sit. 36. num. 28.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus, qui propria auctoritate de sua Ecclesia se transfert ad aliam, carebit utraque.
- 2 Honor, & reuerentia senioribus exhibenda.
- 3 Senes præferuntur iunioribus.
- 4 Puniri quis debet in eo, in quo deliquit.
- 5 Ecclesia prima vacat per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam.
- 6 Antiquitas veneranda est.
- 7 Antiquorum consuetudo seruanda est.

C A P. Quanto. III.

- 1 **P**apa solus, qui vicem veri Dei gerit, in terris potest auctoritate diuina transferre Episcopum ab Ecclesia ad Ecclesiam. Vnde si Episcopus auctoritate propria se transfert, utraque est priuatus. Et Canonici, qui illum recipiunt, priuantur electione pro illa vice. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Io. And. Innoc. Imol. Anan. Butr. Panor. Viu. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 246. Alagona in *compend. iuris Can. pag.* 85. remissiuè Calal. in *ann.* & Ximen. in *concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. tit. 5. c. 4.
- 2 **R**euerentiam exhibendam.] Notatur ad hoc quod honor & reuerentia senioribus exhibenda est, vt per Tirag. *de iure primog. præfat.* n. 85. cum seq. Senes enim præferuntur iunioribus, Guillelm. in *c. Raynuitus*, *verbo in extremis*, n. 6. Menoch. *conf.* 126. n. 22. & 26. Illust. D. Roder. à Cunha in *com. ad c.* 5. n. 3. *diff.* 61. & ad c. 8. n. 3. *ead. diff.* Et plus valet umbra senis, quam ensis iuuenis, Auiles in *proæmio ad capita Prætorum*, num. 18. pag. 17.
- 4 **Vt in eo puniantur in quo peccauerunt.**] Vide Bart. Peter. in *extrauag. ambitiosa*, de rebus Ecclesia non alienandis, verbo, illis exceptis.
- 5 **Cavere propria.**] Notatur ad hoc quod per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima, vt per Rebuff. in *praxe tit. requisita ad collationem*, n. 5. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. n. 48. & latius ad c. 1. num. 5. *suprà hoc tit.*
- 6 **In gloss. Antiquitas, ibi, & antiquitas veneranda est.** Vide quæ ego ipse *de offic. & potest. Episc.* p. 1. tit. 3. c. 8. in *prin.* Omne enim per antiquitatem fit nobilius, l. 1. ff. *de albo scrib. l.* 1. c. *ut digni. ordo seru. l.* honores, C. *de decurion. lib.* 10. Cassan. in *catal. glorie mundi p.* 4. *confid.* 36. Valdef. *de dignitate Regum Regnorūque Hispania*, c. 5. num. 3.
- 7 **In ead. gloss. ibi, Mos enim retinendus est fidelissima institutus.** Notatur ad hoc quod antiquorum consuetudo, & mos seruandus est, vt per Tirag. *de iure primog. in præfat.* n. 190.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa solus potest transferre Episcopos, & indulgentiæ per eum super tali translatione concessa ad litteram seruanda est.
- 2 Papa est Vicarius Christi.
- 3 Papa est successor Petri.
- 4 Privilegiarum tenor ad vnguem seruandus.

C A P. Licet in tantum. I V. & fin.

Papa solus potest transferre Episcopos, & Episcopus cui indulgetur vt possit transferre ad maiorem dignitatem, non potest transire ad æqualem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Io. And. Innoc. Imol. Anan. Butr. Panor. Viu. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 246. Alagona in *compend. iuris Can. pag.* 85. remissiuè Calal. in *ann.* & Ximen. in *concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. tit. 5. c. 4.

Et Vicarius, Iesu Christi.] Notatur ad hoc quod Papa est Vicarius Christi, vt per Host. in *proæmio Decret.* l. 1. & in *c. literis*, etiam n. 3. *suprà de rescriptis*, Flamin. *de resig.* l. 9. q. 7. n. 6. Paul. Fulc. *de visitat. l.* 1. c. 1. n. 2. Medic. *de legibus p.* 1. q. 8. n. 3. Rodoan. *de spoliat. Ecclesiast.* q. 7. s. *his præsuppositis* n. 56. Cordub. in *questionario Theologico l.* 4. q. 1. *prepos.* 8. Melch. Can. *de locis Theol.* l. 6. c. 1. *vers.* 11. nouissime Sebast. Calat. in *sua relect. de Ecclesiastica hierarchia d.* 1. s. 1. *per tot.* vbi latè ostendit Rom. Pont. dignitatem, ac potestatem à Christo Domino in omnes suos Vicarios derivatam, & ideo Consistorium atque Tribunal Christi & Pontificis censetur vnum, & idem in specie, Host. in *c. quando*, hoc tit. Abb. hic n. 9. Troil. Maluel. *de canoniz. Sanctior. dub.* 2. n. 10. *de benef.* p. 3. q. 8. n. 26. Cast. *conf.* 414. sub n. 1. *vers. his præsuppositis*, Paris. *conf.* 5. n. 26. & *conf.* 68. n. 162. l. 1. Menoch. *conf.* 51. n. 13. l. 1. Barbat. *de præstantia Card.* p. 1. q. 2. num. 5. & q. 8. n. 5. Pelag. *de plantu Ecclesiæ art.* 29. Alban. *de potest. Papa p.* 1. n. 84. Conrad. in *temple omnium indic.* l. 2. c. 1. in *verbo consistorium fol.* 112. Naga. in *c. nonit. de indic. notab.* 4. n. 12. refert alios Cened. *ad Decretum collect.* 47. n. 3. Anton. Rice. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.* l. 9. c. 2. n. 11. tetigi ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 54. n. 47. secundum Lugdunen. impress. Ex quibus infertur hæresim sentire qui à sententia Papæ ad Christum appellat, quasi Papam non esse Christi vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat, sicuti resoluunt Palat. Rub. *de in re obtent. Regni Navarra p.* 2. s. 4. in *prin.* August. Ancona *de potest. Papa q.* 6. *art.* 3. Iacobat. *de concil.* l. 10. *art.* 1.

Successor est Petri.] Vide Abb. in *c. per venerabilem*, n. 29. qui filij sint legitimi, Flamin. *d.* 9. q. 7. n. 7. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erect.* c. 5. num. 14.

Tenor illius indulgentiæ.] Notatur ad hoc quod tenor privilegiorum ad vnguem seruandus est, vt per Tirag. in *l. si vnguem*, verbo, *libertis*, v. 8. & dicam *infra ad c. porro*, de *privileg.*